Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones CXXIIII - Cod. Aug. perg. 47

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Sermo XIIII

urn:nbn:de:bsz:31-64194

Visual Library

de corpore; proinde fr̄s mei nemo uos fallat. nemo uos seducat, Amate pacē
xp̄i. qui pro uobis crucifixus est cum ds̄ esset; paulus dicit, neq. qui plantat
est aliquid neq. qui rigat sed qui incrementum dat ds̄. & quisquam nostrū
dicit quia aliquid est; Si dixerimus quia aliquid sumus & non illi gloriam
dederimus. adulteri sumus. nos amari uolumus non sponsum; Uos xp̄m dili
gite. & nos in illo. in quo & uos a nobis diligimini; inuicem se diligant membra.
sed omnia sub capite uiuant, Dolore quidem fr̄s mei multa coactus sum di
cere, & parua dixi, lectionem finire non potui. aderit dn̄s ut oportune finiatur;
Nolui enim amplius onerare corda uestra. quae uolo uacare gemitibus &
orationibus pro his qui adhuc surdi sunt & non intellegunt, EXPL̄ TRACT XIII

INCIPIT XIIII. AB EO QUOD SCRIPTUM EST. HOC ERGO GAUDIUM
MEUM IMPLETUM EST. ILLUM OPORTET CRESCERE. ME AUT̄
MINUI. USQ: AD ID QUOD AIT, QUI CREDIT IN FILIUM HABET UITĀ
AETERNAM; QUI AUTEM INCREDULUS EST FILIO. NON UIDEBIT
UITAM. SED IRA DĪ MANET SUPER EUM,

Lectio ista de sc̄o euangelio excellentiam diuinitatis dn̄i nr̄i ihu xp̄i & hu
militatem hominis qui meruit dici amicus sponsi. nos docet, ut distin
guamus quid intersit inter hominem hominē & hominem dm̄; Quia homo
ds̄. dn̄s noster ihs xp̄s. ds̄ ante omnia saecula. & homo in nostro saeculo,
Ds̄ de patre, homo de uirgine. unus tamen atq. idem dn̄s & saluator ihs xp̄s
filius di ds̄ & homo; Johannes uero excellentis gratiae missus ante ipsum,
inluminatus ab illo qui lumen est; De iohanne enim dictum est, Non erat ille
lumen sed ut testimonium perhiberet de lumine; potest quidem dici lumen
& bene dicitur & ipse lumen; sed inluminatū non inluminans; Aliud est enī
lumen quod inluminat. aliud lumen quod inluminatur; Nam & oculi nr̄i
lumina dicuntur. & tamen in tenebris patent & non uident, Lumen autem
inluminans se ipso lumen est & sibi lumen est. non indiget alio lumine ut lucere
possit, sed ipso indigent cetera ut luceant. Confessus ergo est iohannes sicut
audistis. quia cum discipulos multos faceret ihs, & perferretur ad eum uelut
qui instigaretur. quasi inuido enim narrauerunt, Ecce ille facit plures
discipulos quam tu; ille confessus est quid esset, & inde meruit ad ipsum per
tinere, quia non est ausus se dicere quod est ille; hoc ergo dixit iohannes; Non
potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de caelo; ergo xp̄s
dat. homo accipit; ipsi uos mihi testimonium perhibetis quod dixerim
ego non sum xp̄s. sed quia missus sum ante illum, Qui habet sponsam spon
sus est. Amicus autem sponsi qui stat & audit eum, & gaudio gaudet prop
ter uocem sponsi; Non sibi gaudium fecit de se, Qui enim uult gaudere de se.

chrs & deus & ho:
Jos hō tm:

tristis erit. qui autem de deo uult gaudere. semper gaudebit. quia ds sempiternus
est; uis habere gaudium sempiternum? inhere illi qui sempiternus est; talem se
dixit iohannes; propter uocem sponsi gaudet amicus sponsi ait, non propter uo
cem suam. & stat & audit eum; si ergo cadit, non audit eum, De illo enim quodam qui
cecidit dictum est. & in ueritate non stetit; De diabolo dictum est; ergo stare debet
amicus sponsi & audire; quid est stare? permanere in gratia eius quam accepit. &
audit uocem ad quam gaudeat; sic erat iohannes, nouerat unde gaudebat. non sibi
arrogabat quod ipse non erat. sciebat inluminatum se non inluminatorem;
erat autem lumen uerum ait euangelista. quod inluminat omnem hominem
uenientem in hunc mundum; Si ergo omnem hominem. & ipsum iohannem. quia
& ipse de hominibus; & enim quamuis nemo exsurrexerit maior iohanne in na
tis mulierum; unus tamen & ipse ex his qui nati sunt ex mulieribus. Sed numquid
comparandus est ei qui quia uoluit natus est. & ideo nouo partu quia nouus na
tus; ambae enim generationes dni inusitatae sunt. & diuina & humana; Diuina
non habet matrem. humana non habet patrem; ergo unus de ceteris iohannes.
sed tamen maioris gratiae. ita ut in natis mulierum nemo exsurgeret maior illo.
Tantam testificationem tribuit dno nostro ihu xpo ut illum dicat sponsum.
se amicum sponsi. non dignum tamen soluere corrigiam calciamenti ipsius;
hinc audiuit iam multa caritas uestra; quod sequitur uideamus. aliquantum
enim spissum est ad intellegendum; Sed quoniam dicit ipse iohannes. quia non
potest homo accipere quicquam nisi datum illi fuerit de caelo. quicquid non
intellexerimus. rogemus eum qui dat de caelo. quia homines sumus & non pos
sumus accipere quicquam nisi ille dederit qui homo non est; hoc ergo sequitur;
& dicit iohannes. Hoc ergo gaudium meum impletum est; quod est gaudium
ipsius. ut gaudeat ad uocem sponsi; hoc impletum est in me. habeo gratiam meam.
plus non mihi adsumo. ne & quod accepi amittam; quod est hoc gaudium
Gaudio gaudet propter uocem sponsi; Intellegat ergo homo non se debere
gaudere de sapientia sua. sed de sapientia quam accepit a deo; nihil plus quaerat.
& non amittit quod inuenit; multi enim ideo facti sunt insipientes. quia dixe
runt se esse sapientes; Arguit eos apostolus & dicit de ipsis; quia quod notum est
di ait manifestum est illis. Ds enim illis manifestauit; de quibusdam ingratis
impiis audite quid dicat; Ds enim illis manifestauit; inuisibilia enim eius a crea
tura mundi per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur. Sempiterna quoque
eius uirtus ac diuinitas. ut sint ipsi inexcusabiles; quare inexcusabiles? quia cog
noscentes dm. non dixit quia non cognouerunt. sed cognoscentes dm non sicut
dm glorificauerunt aut gratias egerunt. sed euanuerunt in cogitationibus
suis. & obduratum est insipiens cor eorum; Dicentes enim se esse sapientes.

due generationes dni

stulti facti sunt; Si enim dm̄ cognouerant, simul cognouerant quia non eos
fecerat sapientes nisi ds̄; Non ergo sibi tribuerent quod a se non habebant. sed
ei a quo acceperant. non autem agendo gratias, insipientes facti sunt; ergo ds̄
quod dederat gratis, tulit ingratis; noluit esse hoc iohannes, gratus esse uoluit,
confessus est accepisse se. & gaudere se dixit propter uocem sponsi. & ait,
hoc ergo gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere, me autem
minui; quid est hoc? illum oportet exaltari, me autem humiliari. quomodo
crescit ihs̄. quomodo crescit ds̄? perfectus non crescit; ds̄ autem nec crescit.
nec minuitur; si enim crescit, perfectus non est. si minuitur, ds̄ non est. Ihs̄ autem
ds̄ quomodo crescit? si ad aetatem quia dignatus est esse homo, & fuit puer, & cū
sit uerbum dī infans in praesepe iacuit, & cum ipse matrem suam condiderit.
lac infantiae de matre suxit; quia creuit ergo ihs̄ aetate carnis. ideo forte dic
tum est. illum oportet crescere, me autem minui, Sed quare & hoc? iohannes
& ihs̄ quod ad carnem attinet coaeui erant. sex menses inter se habebant, pa
riter creuerant. & si diutius ante mortem uellet dns̄ noster ihs̄ xp̄s hic esse &
ipsum iohannem hic secum esse: quomodo pariter creuerant, ita pariter senes
cere poterant; quare ergo illum oportet crescere, me autem minui, primo
quia iam & dns̄ xxx. annorum erat; numquid iuuenis si iam xxx. annorū sit.
adhuc crescit, Iam ab ipsa aetate uergere incipiunt homines & declinare ad gra
uiorem aetatem. & inde ad senectutem; sed & si pueri essent ambo non diceret.
illum oportet crescere, me autem minui. sed diceret, simul nos oportet crescere;
nunc autem xxx annorum ille. xxx & ille; sex menses qui inter erant. nullā
distinguunt aetatem; magis illud inuenit lectio quam aspectio; quid ergo est
illum oportet crescere, me autem minui, Magnum hoc sacramentum intellegat
caritas uestra; Antequam ueniret dns̄ ihs̄. homines gloriabantur de se; uenit ille
homo ut minueretur hominis gloria. & augeretur gloria dī; & enim uenit ille
sine peccato. & inuenit omnes cum peccato, Si sic uenit ille ut dimittet pec
cata. ds̄ largiatur, homo confiteatur; & enim confessio hominis humilitas ho
minis. miseratio dī altitudo dī, Si ergo uenit ille dimittere homini peccata.
agnoscat homo humilitatem suam. & ds̄ faciat misericordiam suam. Illum opor
tet crescere, me autem minui, hoc est illum oportet dare, me autem accipere,
illum oportet glorificari, me autem confiteri; intellegat homo gradū suum.
& confiteatur dō. & audiat apostolum dicentem homini superbienti & elato.
extollere se uolenti; quid enim habes quod non accepisti. si autem accepisti.
quid gloriaris quasi non acceperis. Intellegat ergo homo quia accepit, qui uole
bat suum dicere quod non est eius. & minuatur; bonum est enim illi ut ds̄ in illo
glorificetur. ipse in se minuatur ut in dō augeatur; haec testimonia & hanc

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ueritatem & iam paſſionibus ſuis ſignificauerunt xp̄s & iohannes; Nā iohan
nes capite minutus. xp̄s in cruce exaltatus. ut & ibi appareret quid eſt. illum
oportet creſcere. me autem minui. Deinde natus eſt xp̄s cum iam inciperent
creſcere dies. natus eſt iohannes quando coeperunt minui dies. & atteſtata eſt
ipſa creatura & ipſe paſſiones uerbis iohannis dicentis. illum oportet creſcere.
me autem minui; Creſcat ergo in nobis gloria dī. & minuatur gloria noſtra ut
in dō creſcat & noſtra, hoc enim dicit apoſtolus. hoc dicit ſcriptura ſcā. qui glo
riatur. in dn̄o glorietur. In te uis gloriari. creſcere uis. ſed malo tuo male creſcis;
qui enim male creſcit. iuſte minuitur; Creſcat ergo ds̄, qui ſemper perfectus
eſt creſcat in te; quanto enim magis intellegis dm̄ & quanto magis capis. uide
tur in te creſcere ds̄; ipſe autem non creſcit. ſed ſemper perfectus eſt; Intelle
gebas heri modicum. intellegis hodie amplius. intelleges cras multo amplius.
lumen ipſum dī creſcit in te. ita uelut ds̄ creſcit qui ſemper perfectus manet.
quemadmodum ſi curarentur alicuius oculi ex priſtina caecitate & inciperet
uidere paulolum lucis & alia die plus uideret. tertia die amplius. uideretur illi
lux creſcere. lux tamen perfecta eſt ſiue ipſe uideat. ſiue non uideat; Sic eſt in
terior homo; proficit quidem in dō & ds̄ in illo uidetur creſcere. ipſe tamen mi
nuitur ut a gloria ſua decidat, & in gloriam dī ſurgat; & diſtincte iam ac ma
nifeſte apparet quod modo audiuimus. Qui de ſurſum uenit. ſupra omnes
eſt; uide quid dicat de xp̄o. quid de ſe. Qui eſt de terra de terra eſt & de
terra loquitur; qui de ſurſum uenit. ſupra omnes eſt. xp̄s eſt; qui autem
eſt de terra de terra eſt & de terra loquitur; iohannes eſt; & hoc eſt totum.
iohannes de terra eſt & de terra loquitur; totum teſtimonium quod perhi
bet de xp̄o de terra loquitur [illegible] ·non· uoces dī audiuntur a iohanne, ubi teſtimoni
um perhibet de xp̄o, quomodo ergo de terra loquitur ſed de homine dicebat.
quantum ad ipſum hominem pertinet de terra eſt & de terra loquitur; Si autem
aliqua loquitur diuina. inluminatus eſt a dō; nam ſi non eſſet inluminatus.
terra terram loqueretur; ergo ſeorſum eſt gratia dī. ſeorſum natura homi
nis; modo naturam hominis interroga. naſcitur & creſcit. uſitata iſta hominum
diſcit; quid nouit, niſi terram. de terra humana loquitur. humana nouit. hu
mana ſapit. carnalis carnaliter aeſtimat. carnaliter ſuſpicatur. ecce eſt totus
homo; ueniat gratia dī. inluminet tenebras illius ſicut dicit. tu inluminabis
lucernam meam dn̄e ds̄ meus inluminabis tenebras meas. Aſſumat mentem
humanam conuertat ad lucem ſuam. incipit iam dicere quod dicit apoſtolus,
non ego autem ſed gratia dī mecum, & uiuo autem iam non ego uiuit autem
in me xp̄s; hoc eſt illum oportet creſcere. me autem minui; ergo iohannes
quod ad iohannem pertinet de terra eſt & de terra loquitur. ſi quid

q̄ de ſurſu uenit

tempꝯ natiuitatis chri & Jōis

diuinum audisti a iohanne in luminantis est non recipientis; qui de caelo
uenit supra omnes est. & quod uidit & audiuit hoc testificatur, & testimonium
eius nemo accipit; De caelo uenit supra omnes est dns noster ihs xps de quo
superius dictum est, nemo ascendit in caelum nisi qui de caelo descendit filius
hominis qui est in caelo; est autem super omnes. & quod uidit & audiuit hoc
loquitur; hab& enim & patrem ipse filius di. hab& & patrem & audit a patre;
& quod audit a patre quid est? quis hoc explicat? quando lingua mea quando
cor meum sufficere potest uel cor ad intellegendum uel lingua ad proferendū
quid est quod filius audiuit a patre? forte filius uerbum patris audiuit? immo
filius uerbum patris est; uid&is quemadmodum hic fatig&ur omnis conatus
humanus. uid&is quemadmodum hic deficiat omnis coniectura pectoris nri,
& omnis intentio mentis caligantis? Audio dicentem scripturam quia filius hoc
loquitur quod audit a patre, & rursus audio dicentem scripturam quia ipse fili
us uerbum patris est, In principio erat uerbum & uerbum erat apud dm & ds
erat uerbū; Et nos loquimur uerba uolantia & transeuntia; mox ut sonuerit
ore tuo uerbum tuum transit, peragit strepitum suum, & transit in silentiū;
numquid potes sequi sonum tuum & tenere ut st&? Cogitatio tamen tua man&.
& de ipsa cogitatione manente dicis multa uerba transeuntia; quid dicimus
frs? ds cum loquer&ur adhibuit uocem adhibuit sonos adhibuit syllabas?
si adhibuit ista qua lingua loquutus est? hebrea an greca an latina? ibi ne
cessariae linguae ubi distinctio gentium. Ibi autem nemo potest dicere illa
lingua uel illa loquutum esse dm; Cor tuum adtende quando concipis uerbū
quod dicas; dicam enim si potero quod in nobis adtendamus non unde illud
conprehendamus; quando ergo concipis uerbum quod proferas rem uis dice
re & ipsa rei conceptio in corde tuo iam uerbum est; nondum processit
Verbum nm̄ quid sit :-
sed iam natum est in corde & man& ut procedat; Adtendis autem ad quem
procedat, cum quo loquaris; si latinus est uocem latinam quaeris; si grecus
est uerba greca meditaris. si punicus est adtendis si nosti linguam punicā;
pro diuersitate ergo auditorum diuersas linguas adhibes ut proferas uerbū
conceptum. Illud autem quod corde conceperas nulla lingua tenebatur;
Cum ergo ds loquens linguam non quereret & genus eloquutionis non as
sumer&, quomodo auditus est a filio cum ipsum filium sit loquutus ds? Quo
modo enim tu uerbum quod loqueris in corde habes & apud te est. & ipsa
conceptio spiritalis est. Nam sicut anima tua spiritus est, ita & uerbum
quod concepisti spiritus est, nondum enim accepit sonum ut per syllabas
diuidatur. sed man& in conceptione cordis & in spectaculo mentis. Sic ds
edidit uerbum hoc est genuit filium; & tu quidem ex tempore gignis uerbū

 

etiam in corde dī sine tempore genuit filium per quem creauit omnia tem
pora; Cum ergo uerbum dī filius sit. filius autem locutus est nobis, non uerbū
suum sed uerbum patris se nobis loqui uoluit qui uerbum patris loquebatur;
hoc ergo quomodo decuit & oportuit dixit iohannes, quomodo potuimus nos
exposuimus; cui ad cor nondum peruenit dignus de tanta re intellectus, hab&
quo se conuertat, hab& quo puls&, hab& a quo quaerat, hab& a quo p&at, hab&
a quo accipiat, Qui de caelo uenit supra omnes est & quod uidit & audiuit, hoc
testatur. & testimonium eius nemo accepit, Si nemo, ut quid uenit? quorun
dam ergo nemo est; quidam populus praeparatus ad iram dī, damnandus cum
diabolo. horum nemo accepit testimonium xpi; Nam si omnino nemo, nul
lus homo. quid est quod sequitur, Qui accepit testimonium eius, signauit
quia ds uerax est; Certe ergo nemo, si tu ipse dicis qui accepit testimonium
eius signauit quia ds uerax est. responder& ergo fortasse interrogatus iohannes
& dicer&, noui quid dixerim nemo; est enim quidam populus natus ad iram dī
& ad hoc praecognitus, qui sint enim credituri & qui non sint credituri nouit
ds. qui sint perseueraturi in eo quod crediderunt & qui sint lapsuri nouit ds,
& numerati sunt dō omnes futuri in uitam aeternam, & nouit iam illum popu
lum distinctum. & si ipse nouit & prophetis dedit nosse per spm suum, dedit &
iohanni; Attendebat ergo iohannes non oculo suo. Nam quantum ad ipsum
pertin& terra est & de terra loquitur, sed in ea gratia sps quam accepit a dō
uidit quendam populum impium, infidelem, attendens illum in infidelitate
sua ait. Testimonium eius qui uenit de caelo nemo accepit; quorū nemo
eorum qui ad sinistram futuri sunt. eorum quibus dic&ur, Ite in ignem ae
ternum qui praeparatus est diabolo & angelis eius, Qui ergo accipiunt? illi
qui ad dexteram futuri sunt, illi quibus dic&ur. Uenite benedicti patris mei
percipite regnum quod uobis paratū est ab origine mundi; Attendit ergo in
spū diuisionem, in genere autem humano commixtionem. & quod nondum
locis separatum est. separauit intellectu, separauit cordis aspectu, & uidit duos
populos, infidelium & fidelium, attendit infideles & ait, qui de caelo uenit.
supra omnes est & quod uidit & audiuit loquitur. & testimonium eius nemo ac
cepit; Deinde tulit se a sinistra & aspexit ad dexteram & sequitur ait.
qui accepit testimonium eius signauit quia ds uerax est; quid est signauit
quia ds uerax est. nisi homo mendax est & ds uerax est? quia nemo hominū
potest dicere quod ueritatis est, nisi inlumin&ur ab eo qui mentiri non potest;
Ds ergo uerax. xps autem ds; Uis probare, accipe testimonium eius. & inuenis.
qui enim accepit testimonium eius signauit quia ds uerax est; quis ipse qui
de caelo uenit & supra omnes est. ds uerax est; sed si nondum illū intellegis dm.

nondum accepisti testimonium eius; Accipe & signas. praesumenter in tellegis. definienter agnoscis quia ds uerax est: Quem enim misit ds: uerba di loquitur; ipse est ds uerax. & misit illum ds; Ds misit dm; iun ge ambos. unus ds. ds uerax missus a do; De singulis interroga. ds. & de ambobus interroga. ds; Non singuli ds & ambo dii. sed singulus quisq. ds. & ambo ds; tanta enim ibi est caritas sps sci. tanta pax unitatis. ut de singu lis cum interrogatur. ds tibi respondeatur. De trinitate cum interrogatur. ds tibi respondeatur; Si enim sps hominis quando inheret do. unus sps est. aperte apostolo dicente. quia adheret do. unus sps est. quanto magis fi lius aequalis adherens patri simul cum illo unus ds est. Audite alterum testi monium; Nostis quam multi crediderunt quando omnia quae habebant. ad pedes apostolorum uendita posuerunt. ut distribueretur unicuiq. sicut opus erat; & de illa congregatione scorum quid dicit scriptura. erat illis anima una & cor unum in dno; Si caritas de tot animabus fecit animam unã. & de tot cordibus fecit cor unum. quanta est caritas inter patrẽ & filium. maior utiq. potest esse. quam inter illos homines quibus erat cor unũ; Si ergo multorum fratrum cor unum propter caritatem. & multorũ fratrũ anima una propter caritatem. ds pater & ds filius dicturus es quia duo sunt; Si duo dii sunt. non est ibi summa caritas; si enim hic tanta caritas est. ut animam tuam & animã amici tui unam animam faciat. quomodo ibi non est unus ds pater & filius. absit ut hoc sentiat fides non ficta; prorsus quantum excellat caritas illa. hinc intellegite; multae animae sunt multorũ hominum & si se diligunt. una anima est; sed possunt dici & multae animae possunt in hominib. quia non est tanta coniunctio; Ibi autem unum dm lic& dicas. duos aut tres deos non lic& dicas; hinc tibi commendatur super eminentia & summitas cari tatis tanta ut maior esse non possit; quem enim misit ds. uerba di loquitur; hoc utiq. de xpo dicebat, ut se ab illo distingueret; quid enim ipsum iohannem nonne ds misit. Annon ipse dixit. missus sum ante eum. & qui me misit bap tizare in aqua. & de illo dictum est. Ecce mitto angelum meum ante te & praeparabit uiam tuam; Nonne & ipse uerba di loquitur. de quo & iam dictũ est quod sit amplius quam propheta. si ergo & ipsum ds misit & uerba di loquitur. Quomodo ad distinctionem de xpo eum dixisse accipimus. quem enim misit ds. uerba di loquitur. sed uide quid adiungat; Non enim ad mensu ram dat ds spm: Quid est hoc. non enim ad mensuram dat ds spm. Inue nimus quia ad mensuram dat ds spm; Audi apostolum dicentem. Secundũ mensuram donationis xpi; hominibus ad mensuram dat. unico filio non dat ad mensuram. quomodo hominibus ad mensuram. ali quidem

prz filij unig deus:

datur per ſpm̄ ſermo ſapientiae· alii ſermo ſcientiae ſecundum eundem
ſpm̄· alii fides in eodem ſpū· alii proph&ia· alii diiudicatio ſpirituum· alteri
genera linguarum· alii donatio curationum; Numquid omnes apoſtoli· num
quid omnes proph&ae· numquid omnes doctores· Numquid omnes uirtutes·
Numquid omnes dona habent ſanitatum· Numquid omnes linguis loquuntur·
Numquid omnes interpr&antur, aliud hab& ille & aliud hab& iſte & quod
hab& iſte non hab& ille· Menſura eſt· diuiſio quaedam donorum eſt, ergo
hominibus ad menſuram datur· & concordia ibi unum corpus facit; quomodo
aliud accepit manus ut oper&ur· aliud oculus ut uideat· aliud auris ut audi
at· aliud pes ut ambul&· anima tamen una eſt quae agit omnia· in manu ut
oper&ur· in pede ut ambul&· in aure ut audiat· in oculo ut uideat· Sic ſunt
&iam diuerſa dona fidelium· tamquam membris ad menſuram cuiq; propri
am diſtributa, sed xp̄s qui dat non ad menſuram accipit; audi enim adhuc
quod ſequitur· quia de filio dixerat· non enim ad menſuram dat dr̄s ſpm̄;
Pater diligit filium & omnia dedit in manu eius; Adiecit· omnia dedit in
manu eius ut noſſes & hic qua diſtinctione dictum ſit· pater diligit filium;
Quaſi enim pater non diligit iohannem· & tamen non omnia dedit in manu
eius; pater non diligit paulum· & tamen non omnia dedit in manu eius;
pater diligit filium; ſed quomodo pater filium· non quomodo dn̄s ſeruum·
quomodo unicū non quomodo adoptatum; itaq; omnia dedit in manu eius;
quid eſt omnia· ut tantus ſit filius quantus eſt pater; ad aequalitatē enim ſibi
genuit eum, cui rapina non eſſ& in forma dī eſſe aequalem dō, pater diligit
filium & omnia dedit in manu eius; ergo cum ad nos dignatus eſt mittere
filium, non putemus aliquid minus nobis miſſum quam eſt pater, pater mit
tens filium, ſe alterū miſit; Namq; putantes adhuc diſcipuli quia pater aliqͦd
maius eſt quam filius· uidentes carnem & non intellegentes diuinitatem· di
xerunt ei· Dn̄e oſtende nobis patrem & ſufficit nobis· tamquam dicerent,
Iam nouimus te & benedicimus te· quia nouimus te; Gratias enim tibi agim̄·
quia oſtendiſti te nobis· ſed patrem nondum nouimus; propterea cor nr̄m
ard& & ſatagit concupiſcentia quadam ſcā uidendi patris tui qui te miſit;
Ipſum nobis oſtende, & nihil amplius a te deſiderabimus; ſufficit enim
nobis cum ille fuerit demonſtratus· quo maior eſſe nemo poteſt; bona con
cupiſcentia, bonum deſiderium, ſed paruus intellectus; Adtendens enim
ipſe dn̄s ih̄s paruos magna quaerentes· & ſeipſum magnum inter paruos·
paruum inter paruos, ait philippo qui hoc dixerat uni ex diſcipulis; tanto
tempore uobiſcum ſum & non cognouiſtis me philippe· poſſ& hic philippus
reſpondere· cognouimus te; ſed numquid diximus tibi oſtende nobis te·

te cognouimus. sed patrem quaerimus; subiecit statim, qui me uid& uid& &
patrem. Si ergo aequalis patri missus est. non eum aestimemus ex infirmitate
carnis. sed cogitemus maiestatem indutam carne non oppressam carne;
manens enim dš apud patrem. apud homines factus est homo. ut tu per illū qui
ad te factus est homo. fieres talis qualis capit dm̄; Non enim homo poterat capere
dm̄; uidere poterat homo hominem. capere dm̄ non poterat; unde non poterat
capere dm̄? quia oculum cordis unde caper& non habebat; erat ergo aliquid in
tus saucium. & aliquid foris sanum. corporis oculos habebat sanos. cordis habebat
saucios; factus est ille homo ad corporis oculum. ut credens in eum qui uideri cor
poraliter potuit. curreres ad eum ipsum uidendum quem spiritaliter uidere
non poteras; Tanto tempore uobiscum sum & non cognouistis me. philippe?
qui me uid& uid& & patrem; quare illi non illum uidebant? ecce uidebant illū.
& patrem non uidebant; uidebant carnem. sed maiestas latebat; quod uidebant
discipuli qui amauerunt. uiderunt & iudaei qui crucifixerunt. Intus ergo erat
totus ille. & sic intus in carne ut apud patrem maner&; Non enim deseruit patrē.
quando uenit ad carnem; Carnalis cogitatio non capit quod dico; Differat in
tellectum. & incipiat a fide. audiat quod sequitur. Qui credit in filium hab&
uitam aeternam; qui autem incredulus est filio. non uidebit uitam. sed ira
dī man& super eum; Non dixit ira dī uenit ad eū. sed ira dī man& super eum;
Omnes qui nascuntur mortales. habent secum iram dī; quam iram dī? quam
excepit primus adam; Si enim peccauit primus homo & audiuit morte morie
ris. factus est mortalis ille. & coepimus nasci mortales. cum ira dī nati sumus;
uenit inde filius non habens peccatum. & indutus est carne. indutus est morta
litate; si ille nobiscum communicauit iram dī. nos pigri sumus cum illo com
municare gratiam dī? qui ergo non uult credere in filium. ira dī man& super
illum; quae ira? De qua dicit apostolus; fuimus enim & nos natura filii irae.
sicut & ceteri; Omnes ergo filii irae. quia de maledicto mortis uenientes; crede
in xp̄m factum pro te mortalem. ut eum capias inmortalem; quando enim
ceperis eius inmortalitatem. nec tu eris mortalis; Uiuebat moriebaris. mor
tuus est ut uiuas; Attulit gratiam dī. abstulit iram dī; Dš bibit mortem. ne
mors biber& hominem; INCIPIT SERMO XV. AB EO QUOD
AIT. UT ERGO COGNOUIT IHS QUIA AUDIERANT PHARISEI
QUIA IHS PLURES DISCIPULOS FACIT USQ. AD ID UBI DIC!
QUIA IAM NON PROPTER TUAM LOQUELLAM CREDI
MUS IPSI ENIM AUDIUIMUS ET SCIMUS QUIA HIC
EST UERE SALUATOR MUNDI

Non rude est auribus caritatis uestrae euangelistam iohannem uelut